Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35889
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

Chlvbchan. Chonstlo cun[…]. Levpoldus i[n]
una. Ortolfus cunis et alii fide digni.

Ego Levtoldus
dictus de Chvnring pincerna Austrie. No
tum fieri cupio tam presentibus quam posteris
hanc paginam inspectis quod deliberato ani
mo ob salutem anime mee perpetuam cur
da feodi in Vngerdorf quod in presentiarum
Levpoldus dictus Ryffus. iure civili possidet
omni iure quo eam hactenus tenuit. Capel
le sancti Nycolai in Cystesdorf libere assig
navi. Contestor quoque quod dominus Wnhar
dus plebanus de Obern Sylltz. divina
inspiratione amonitus super illud idem feo
dum unius talenti redditus ad perpetuum
lumen in eadem capella habendum pro se
petuo anime sue remedio comparavit.
Ne igitur prefata capella in hiis vel in aliis
redditibus suis aliquam fraudem vel iniuriam
a quoquam hominum paciatur omnes redditus
ad ipsam pertinentes. in hac carta censui
annotandos. In primis post prefati talen
ti redditus quandam domina dicta Graevlina.
sunt de agro quodam. xxiiij. denarios.
Item de Havsprvnn de agris. vij. solidi
fiunt. Item de taberna una in Vngdorf
prope lapideum pontem. tres solidi. In Cy
stesdorf de uno agro. xx. denarii. De u
no molendino prope Cystesdorf. lx. denarii.
In Drezing. de duabus areis. xxx. denarii.
Item Dittricus Gyndel de Pavngar
ten. xx. denarii. omni anno solvere tenetur.
Consilio igitur habito cum domino Ottone
abbate suoque conventu de Zwetel. ad quos
ius patronatus prefate Cappelle pertinet.
nobis placitum videbatur. quod prefati re
ligiosi viri de Zwetel curiam fideli dis
pensatori quem dominus plebanus de Cystes
dorf. una cum civibus ibidem ad hoc ydo
neum perelegerint censum prefatorum reddi
tuum omni anno assignent. ut de eisdem
sumptibus prius memorate Cappelle in
omnibus necessariis luminum librorum ac a
liorum ornamentorum in quantum prefati sumptus

suppetunt fideliter debeat providere. In cuius
rei testimonium predictis religiosis viris
de Zwetel presens scriptum tradidi sigilli mei
munimine roboratum. Datum anno domini M.
CCC. vi. in Circumcisione domini nostri Ihesu Christi.

Notandum quod anno domini M. CCC. Domina
Agnes de Velsperch uxor domini Levtoldi de
Chvnring obiit in die sancti Egidii confesso
ris. Qua defuncta predictus dominus Levtoldus
summus pincerna Austrie. ad consilium domini Al
berti Serenissimi Romanorum regis tractato du
xit uxorem de Svevia. dominam. videlicet Agnem
Comitissam de Alspech. cognatam predicti domini
Alberti Romanorum Regis. et de stirpe regia
oriunda. sororique Elyzabeth affinitate et
cognatione coniunctam. Hec inquam Agnes
genuit septem liberos. videlicet Agnetem. Cla
ram. Johannem. Hadmarum. Elizabet. Ag
netem. et Levtoldum. Prima autem Agnes et
Hadmarus cum Clara. etate inmatura obi
erunt. et regna sydera possident. Johannes
autem et Elyzabet Agnes et Levtoldus iu
nior eorum genealogiam sine dubio occu
paverunt.